



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 7. Moti in Hungaros belli caussa a Cæsare manifestatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII „conatum securitate Bosniæ Passio  
 A. C. 1670 „in persona adirem; confido in Dom  
 „no, fore ut bonum sortiatur exitus  
 „si modo ad principium jugulum pa  
 „tamus, nec moram demus, talis  
 „hisce sese colligendi. Quod si Cap  
 „mecum conspiraret, ac sua facere  
 „per fidem meam, negotiationibus bo  
 „nus foret successus. Fœderis homi  
 „me profitebor directorem, quod scia  
 „quomodo, ac qualiter cum germanis  
 „agendum, libens cum Capitanopre  
 „sens collocutus fuisset: sed quod es  
 „sint ordinationes, bene fecit recedere  
 „do, nullus tamen dubito, quin dom  
 „natio sua fusius cum eo egerit, fide  
 „meam ac servitia detexerit, quia  
 „Serenissimo turcarum Imperatori  
 „dictus sum, quamque diligenter ac  
 „mo conclusiones nostras celestis  
 „tio, quodque revera in persona pro  
 „pria comitatus sim. In præsentia  
 „plura non occurunt, donec cum de  
 „testignano sermones miscuerimus. Ce  
 „dat vestra Dominatio, quod suos  
 „amicus, & servire paratus maneat

§. VII.  
*Moti in Hungaros belli causa manifestata.*

Cum ergo seditionis Authores de- Sæc. XVII.  
tecti essent, reliquos perduelles A. C. 1670.  
instructo exercitu comprimere decre-  
tum erat, prius tamen clementissi-  
mus Cæsar proclaimato diplomate om-  
nibus ultra ad obsequium reversuris  
veniam spopondit. His vero respon-  
dentibus, se arma non posituros, nisi  
Germani æternum ab Hungariæ Re-  
gno arcerentur, & Calvinistis æque ac  
Lutheranis omnia Templa perpetuo  
jure cederentur, eapropter Cæsar, ne  
Protestantes Germaniæ Principes sectam  
potius quam perduellionem peti autu-  
marent, interceptas rebellum literas  
principue Serinii epistolam ad Csolni-  
tum Ratisbonam transmisit, & decreti  
belli caussas eisdem exposuit, datis ad  
suos Legatos hisce literis.

„Est, quod humillime memoria re-  
petatis idipsum, quod propria manu,  
„tricesimo proxime præterlapsi Martii  
„die de patefactis Superioris Ungariæ  
„motibus, & Serinii rebellione, cle-  
„mentissime ad vos perscripsimus, &  
„ad congregatos Imperii status referri  
„demandavimus; quod iterum confir-  
„mamus. Etiamnum vero istiusmodi  
„Serinianæ hostilitates latius in dies  
„erumpunt, serpuntque, concurrente  
„strenue, & conferente non parum ad  
„haçce flamas comite Frangipano;

Gg 2

„ad

Sæc. XVII. „ad nostras etiam ejus in confirmatio  
A. C. 1670. „nem majorem, manus devenere Cro  
 „tica lingua exaratæ literæ, quas pra  
 „fatus Frangipanius ad Capitaneum  
 „Scholnitium dedit, quæ a nobis pri  
 „ad rebellium partes, post iterum lo  
 „ptæ in originali ad nos devenerunt  
 „Harum in germanicum idioma tran  
 „latarum copiam pro informatione  
 „hisce transmisimus, ad communica  
 „dum universis imperii statibus, ut quæ  
 „nius, infidelitatem maximam erga  
 „nos, & hostiles machinationes, nu  
 „solum credant, sed & propriis inspi  
 „ciant oculis, ubi vero clementissim  
 „confidimus, futurum, ut ii, ubi ne  
 „cessitas exegerit, subsidiarias pos  
 „gant manus contra Turcam, atque  
 „ejusmodi hostilitates ad nostram  
 „quisitionem nobiscum propulsatur  
 „id quod iteratis vicibus ipsis ob animis  
 „oculos statuatis..”

Præterea Cæsar apud Sultanum  
 Constantinopoli per suum Oratorem  
 suppeditato rebellibus milite querelatur,  
 cui tamen Sultanus, quod con  
 jurationis consilia nimis tempestive de  
 tecta cerneret, se pacem minime vi  
 laturum, Bosniæ vero & Canifæ Es  
 natu, eoquod inconsulto Ottomano S.  
 esse respondit, atque in promissi fidei  
 La

Leopoldo ipsas Hungarorum literas, Sæc. XVII.  
quibus a Budensi Bassa suppetias pe- A.C. 1670.  
tierunt, Viennam transmisit.

§. VIII.

*Rebelles a Cæsareo milite profligati.*

Rebus ita dispositis Cæsaris jussu *Contiu.*  
*Spankovius Bellidux cum sex suo-Chron. His.*  
rum millibus recta in Croatia movit, t. 3. l. 9.  
ac Serinium primo prælio devictum *pag. 192.*  
unacum Francipanio ad Sckatornia-  
nam arcem repulit, qua etiam armis  
expugnata Broadam, ceterasque Se-  
rinii arces occupavit, præsidiariis hinc  
inde dilapsis: ipse etiam Serinius &  
Francipanius, cum per sylvas & loca  
invia errantes, ac fame & lassitudine  
fracti tandem apud Kerium Comitem  
divertissent, ab eodem officii sui po-  
tius, quam amicitiae memore capti,  
Viennam deducebantur; pari quoque  
armorum felicitate Sporcius Ragot-  
sium, fusum fugatumque eo adegit,  
ut soluta Tokaiæ & Zattmarini obsi-  
dione Starenbergium & Colonitsium  
Comites libertati redderet, & per ejus  
Matrem, quæ semper Filii perfidiam  
detestabatur, Cæsaris clementiam im-  
ploraret, obtineretque. Ita demum  
ad saniora reductus Ragotsius suos ab  
armis revocavit, omnique jure in Trent-

G g 3

fchi-